

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

CCXXX.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

tuenda, quid fiat, non planè nobis constat. Fuit tamen superiore septimana nobiscum Superintendens Cassellensis, qui Landgravium Guilhelnum in thermas Embenses sequitur. Is se jussum à principe suo esse dicebat, ut nostrum judicium de libro, qui formula concordia esse debet, cognosceret, Ubi autem nobis nihil missum, nihilque tale à nobis à quoquam adhuc requisitum esse, atque etiam vos nihil de eo habere audivit, supra modum miratus est: dixitque vestram urbem nominatim inter eas, qui consentiant, esse numeratam in eo scripto, quod viderit, &c, quod putet, etiam nostram. Quod autem diversum ex Domino Matthia & me audiat, suo principi grave fore. Convenisse autem doctos aliquoties, & hoc quidem anno, mense Martio, & cum advenisset Chyraeus etiam, denuò, mense Mayo, in monasterio, Berga, ut puto, prope Magdeburgum, & correxisse aliqua, de quibus fuerint ab Ecclesiis diversis admoniti, sed synodum promissum frustra expectari. Electoris Theologos, itenaque Brandenburgensis, & Ducis Julii, aliosque, nunc visitare secundum formulam illam & dissidentes locis suis ejicere. Missum esse librum correctum ad Landgravium & peti subscriptionem, quæ jam præstari propter hanc profectiōnem Principis nequeat. Contulimus nos cum eo multa, uterque seorsim, & idem, ut ex collationibus patuit, respondimus, & ex eo cognovimus. Et videmus iniquè ab illo & illi similibus de Omnipræsentia Christi, de cœlo, & inferno, &c. ex doctrina Brentii Haetenus evulgata, judicari: hoc est, non assèqui eos veram nostram sententiam, & hanc malè cognitam malè dijudicare. Optimum tamen hoc fuit, quod propter sententiarum collationem synodum optat, ut ipse siue similes vel ignari erudiantur vel confirmentur corroborenturque, & vicissim altera pars, suspecta habita, se declareret, suspicionibusque liberet. Multum etiam Principem suum, cuius existimationem, quoad patrocinium adversæ parti semper expositum, & ad recessendum à nobis paratissimum, vehementer laborare dicebam, magna obtestatione, ut crederemus, addita, prolixè excusavit ac defendit. Addo hoc: neque Selneccerum ad me, neq; Kemnitium, aut Chyraeum ad Dn. Matthiam, neq; Jacobum Andrea ad quemquam nostrum adhuc vel verbulum de negotio illo scripsisse. Nosque nos molestia curandi illa liberari ita benignè, latamur. Bene valeat H. tua in Christo, salutesq; ex me uxorem, Dominam meam observandam, filium M. Sebastianum, & præ omnibus aliis fratribus Dominum Thomam meum. Francofurti, 28. Augusti, Anno 77.

T. H. observantiss.

Petrus Patiens.

CCXXX.

Ehrwürdiger/ Hochgelerter/ Euch seyen die Gnade Gottes/ durch Christum/ sampe  
Emeinen gutwilligen Dienst zuvor/ vertrauter lieber Herr und Bruder. Dis  
Schrei,

Schreiben geschicht vornehmlich von wegen des Ehnyesten / gestrengten und Edlen  
Herrn Johann Löhrs / des Churfürstenthums Sachsen Erbmarschalc's Son /  
der Euch solch Schreiben präsentirt / und bin Euch / durch unser alte und vertraute  
Freundschaft / und Bruderschafft / Ihr werdet ihm Euch anderst nicht / als Euern  
Schne berehnen seyn lassen. Dann sein Vatter / der Herr Marschalck / wie auch  
sein Frau Mutter / besündere Liebhaber Gottes und seines Heiligen Weris seyen / wie  
der Allmächtig durch D. Luther dasselbig wiederumb an das Lichte gebracht und also  
mit einen Wort / gut Eutherisch. Derwegen ihr Will und Meynung / daß thre ge-  
liebte Kinder / in der gesunden reinen Lehr afferzogen / und darinnen bis an ihr Ende  
erhalten werden. Dahwegen Ihr diesen jungen Löfern euch in der besten Form com-  
mendiret und bewohlen lassen seyn wollet. Welchs ich euch der Ursach so viel desto  
feissiger Schreibe / dieweil er hiever durch den Herrn Marschalck / dem Sturmio be-  
wohlen / wie derselbig in der Religion beschaffen / ist euch unverborgen / welches dem  
Herrn Marschalck verborgen gewesen / und er niemahls Kundschafft gehabt / so zu  
Straßburg / sunst solce es wohl iuff ein andern Schlag gerichtet worden seyn.

So werden ihr auf des Jungen Angesicht sehen und versiehn / daß es ein fremmes  
Gottserächtig Herz. Das es billich zu klagen / da es verführer werden soll. Werden  
derhalben ihr meiner und seines Herrn Vattern vertrauen nach gut achtung geben / da  
dieser jung Mensch möcht nach Nothurst und zum besten versiehen / daß ihr seinem  
Herrn Vattern solches nicht verhalten / sunder verreuthlich zuversiehen geben / kan jeder-  
zeit verenderung vorgenommen werden. Des verdiene ich nicht anderst / denn als  
wann es mit selbsten wiederafahren / und da ihr (das Gott verhütte) frant weren / so  
wollet durch vertraute Leut darauff achtung geben / darmit an diesem jungen Edlen  
Nur nichts verfaumbt werde. An den Herr Löfer so D. Luther die Auslegung des  
I. Capitels 1. Corinth. geschrieben von Heiligen Chestand / der ist dieses jungen Groß-  
vatter gewesen. Darumb auch hic ein Eutherisch Herz gefunden / des Vatter D. Lu-  
ther mit aufflegung der Hände gesegnet hätte / da er noch ein junger Knab gewesen / der  
auff ihnen bleiben solle. Amen.

Das gemein Werk der Concordien betreffend / ist dasselbig schon in allen Uni-  
versitäten Wittenberg / Leipzig / Zehna / allen Consistorien / von allen Doctoribus  
der Heil. Schrift / wie auch von allen Superintendenzen / Pfarrern / Kirchen und  
Schuldienern in des Churfürsten zu Sachsen Churfürstenthumb und Landen / wie auch  
in derselben Jungen Vattern / der Herzogen zu Sachsen Landen in Thüringen und  
Francken / desgleichen auch in den drei Bisthumen Mörsburg / Naumburg / und  
Meissen / unterschrieben. Gott geb zu andern Kirchen auch sein Gnade / Amen.

Hiemit uns alle in den Schirm des Allmächtigen bewohlen. E. F. L. Haus-  
frau und Kinder seyen von mir alle zu Tausendmahlen gegrußet / wie auch Euere  
Colle-

A. 1577.

PÄRS QUARTA

96

Collegen. Witter auch Gott für mich/ dann ich bedarfss wol. Geben zu Piesch/  
den 15. Septembr. 1577.

E. Dienstwilliger Bruder /

Jacobus Andreæ, D.



CCXXXI.

S. D. Reverende & clarissime Domine Superin-  
tendens, Patrone colende.

Cum Francofordiam privatorum negotiorum causa venissem, studium &  
Observantiam erga te meam brevi epistolio declarandam esse duxi. Me-  
moriā enim Paternā erga me, meosque, benevolentia & beneficentia tuā  
grata mente ac voce perpetuō conservo & prædico. A Philippo filio diu jam  
nihil accipio, nisi quod eum Scholæ Rectorem & novis amicis, contracto ma-  
trimonio, auctum esse intellēxi. Quibus, ut ita se addicat, ne veterum Patro-  
norū, Johannis Hoffmanni, liberi Baronis in Strehau, & Ammanii Secre-  
tarii, quorum fide & patrocinio primū illuc me commendante vocatus est,  
obliviscatur, aut eos minus officiosè colat, toto pectore opto. L. Erasmo  
superiori hyeme scripsi per filium Pauli Neomagi, Regis Daniæ literis vobis  
commendatum. Eas an acceperit, nondum cognovi. Schola nostra DEIbe-  
neficicio jam mediocriter floret. Concordiæ negocium in Electoris Saxoniæ di-  
tionibus feliciter successisse D. Jacobus scribit. Publicè certè gratias DEO  
pro restituta concordia in ecclesiis passim egerunt. Quod utinam salutare &  
diuturnum sit. Tilemannus Heshusius ex Borussia dimissus, à Julio Duce  
Brunsuicense amplio stipendio conductus est, ut in Academia Helmstedensi do-  
ceat, in quam cum familia migravit. A Ludovico Palatino ante duos menses  
vocatus sum, cui respondi, me Francofordiæ hoc tempore fore. Nihil autem  
hic literarum ab ipso haſtenus accepi. Itaque restà domum redire cogito, nisi  
ante discessum denuo evoker. DEIM oro, ut nos doceat & gubernet. De-  
liberationibus institutis libentius interfuturus essem, si te gubernatorem &  
consiliorū habere possem. Benè vale, Francofurti, 15. Septembri  
Anno 1577.

David Chytræus.

B b b b

CCXXXII.